Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



.ii. Tu quoq; nosti que fecerit mi ioab
filius saruie que fecerit duobus principi
cipibus exercitus israel abner filio ner.
& amasa filio iether quos occidit.
& effudit sanguinem belli in pace.
& posuit cruorem belli in baltheo
suo. qui erat circa lumbos suos. et
in calciamento suo quod erat in pedibus
eius. facies ergo iuxta sapientiam tuam.
& non deduces caniciem eius pacifice
ad inferos. .iii. Sed & filiis
berzallai galaaditis reddes gratiam.
eruntq; comedentes in mensa tua.
Occurrerunt enim mihi quando fugiebam
a facie absalon fratris tui. Habes
quoq; apud te semei filium gera filii
gemini de baurim qui maledixit mihi
maledictione pessima quando ibam
ad castra. .iiii. Sed quia des
cendit in occursum mihi cum transirem
iordanem. & iuraui ei per dominum di
cens. non te interficiam gladio. tu noli
pati eum esse innoxium. Vir autem
sapiens es. & scies quid facies ei. de
ducesq; canos eius cum sanguine ad in
fernum. Dormiuit ergo dauid cum pa
tribus suis. & sepultus est in ciuitate
dauid. Dies autem quibus regnauit
dauid super israel quadraginta anni
sunt. In hebron regnauit septem
annis. in ierusalem
triginta tribus.

.v. Salemon autem sedit super thronum
dauid patris sui. & firmatum est reg
num eius nimis. Ingressus est autem
adonias filius aggith ad bethsabee ma
trem salemonis. Que dixit ei. Pacificus
ne ingressus tuus. Qui respondit.
Pacificus. Addiditq; Sermo mihi est ad te.
Cui ait. Loquere. Et ille tu inquit nosti
quia meum erat regnum. & me preposuerat
omnis israel sibi in regem. sed translatum est
est regnum. & factum est fratris mei. Ad domino
enim constitutum est ei. .vi. Nunc
ergo peticionem unam deprecor a te. ne con
fundas faciem meam. Que dixit ad eum.
Loquere. Et ille ait. Precor ut dicas sa
lemoni regi. neq; enim negare tibi
potest quicquam. ut det mihi abysac suna
mitem uxorem. Et ait bethsabee. Bene
ego loquar pro te regi. .vii. Venit
ergo bethsabee ad regem salemonem.
ut loqueretur ei pro adonia. Et surrexit
rex in occursum eius adorauitq; eam.
& sedit super thronum suum. Positus quoq;
est thronus mater regis. Que sedit ad
dexteram eius. dixitq; ei. Peticionem unam
paruulam ego deprecor a te. ne confun
das faciem meam. Dixitq; ei rex. Pete
mater mi. neq; enim fas est ut auertam
faciem tuam. Que ait. Detur abysac suna
mitis adonie fratri tuo uxor. .viii.
Dixitq; rex salemon mater sue. Qua
re postulas abysac sunamitem ado
nie. Postula ei & regnum. Ipse est